

1
2
3
4
5
6
7
8
9
10



1640.

1. Fibiſ, Joſeph: De confuſione obligationum.
2. Puccochene, Zacharius: De rapina.
3. Puccochene, Zacharius: De locatione et conductione.
4. Puccochene, Zacharius: De amortizatione bonorum.
5. Richter, Chriſtophorus Philippus: De ſucceſſione legitima feudali communis et Saxonica.
6. Ungewer, Erasmus: De Felicitate carnis. 2 Sumpt.

Dec. 1724 & 1735

7. Ungewer, Erasmus: De laudamento.
8. Ungewer, Erasmus: De mutuo.
9. Ungewer, Erasmus: De fama.
10. Ungewer, Erasmus: De ſtatuto.

1641.

1. Fibiſ, Joſeph: De momento.
2. Puccochene, Zacharius: De viciniis.
3. Richter, Chriſtophorus Philippus: De commodato.

1641.

4. Richterius, Christophorus Philippus: De homicidiis.
5. Ungepaur, Erasmus: De coitionibus.
6. Ungepaur, Erasmus: De transactionibus.
7. Ungepaur, Erasmus: De iuribus superiorum Latini mæ. Stati competentibus.

1642.

1. Prieschenck, Zacharius: De eo, quod certo loco dari oportet.
2. Ungepaur, Erasmus: De lege regia, tum Romanorum antiqua, tum Germanorum hodierna.
3. Windheim, Statius Hubertus, vna: De tutela.

1643.

1. Floyius, Godefridus: Antrige conclusio nam hoc tempore calamitose maxime practicitium.
2. Ramdahr, Andreas: De inspectione ocalari.
3. Ramdahr, Andreas: De syndico.
4. Richterius, Christophorus Philippus: De iure nunc-tarum

5. Schellhammer, Christophorus : De convulsione

nye.

ri

um

7 =

e =





G. 19. num. 23. ~~P. 26.~~

Quod Deus bene vertat!

DISSERTATIONEM
LEGALEM

De

CONFUSIONE
OBLIGATIONUM

PRO LOCO

In florentissimâ illustris LL.

nutricis Salanæ Facultate Juridica
obtinendo,

P. 42

More Majorum & Vigore Statutorum

publicæ Eruditorum censuræ & disquisitioni
exhibet.

GODFRID FIBIG Vratisl.

Sil. D. & P. P.

Ad diem 23. Septembr.

In Auditorio Jctorum.

horis consvetis



JENÆ

Literis STEINMANNIANIS

ANNO MDCXL.





MAGNIFICI DOMINI
RECTORIS
DN. PAULI MAR-
QUARTI SLEGELII,
Phil. & Medic. Doct. Anato-
miæ, Chirurgiæ & Botanices P. P.
celebratissimi,

NEC NON

*Univerſorum & ſingulorum celeberrimæ Jenenſis Aca-
demie Procerum,*

VIRORUM

Plurimum Reverendorum, Nobiliſſimorum, Am-
pliſſimorum, Conſultiſſimorum, Experien-
tiſſimorum, & Excellentiſſi-
morum,

*Dominorum meorum, Patronorum, Fav-
torum & Collegarum ætatem obſer-
vatorum*

MEMORIÆ SACRUM ESSE
VOLUI

*Godfried Fiebig D.
& P. P.*



Gratiâ Favente Divinâ!

POSITIO I.

VT subtilem *confusionis obligationum* confusim ac permixtè hæctenus tractatam materiem, eâ quâ par est, methodo elaboremus & expoliamus, *solemne nostrum observaturi*, considerabimus eam, ut *constituentam* vel *acquirendam* & ut *constitutam* vel *acquisitâ*. Priori modo iterû tû *in genere*, tû *in specie*. In genere quâ *definitionē* tû *Nominalē*, quâ *Realē*. In specie, quoad *causam efficientem*, *subjectum*, & *objectum*. Posteriori modo & ratione *effectus* & ratione *dissolutionis*, s. quomodo *extingvatur* & *impediatur*.

2. *Definitioni Nominali* tractatio prænotialis est, & absolvitur enotatione *etymologia*, *equivocationis* & *synonymie*.

3. Per *speculationem Etymologicâ* neglectui hîc habitâ, *confusionis* vocabulum ab *equivocatione* suâ liberabimus. Observandum ergò *duplicem esse ejusdem vocis* acceptionem, *vulgarem* & *juridicam*.

4. In *vulgari significato* (licet hîc n. nobis extra oleas *vagari*.) *perturbationem* denotat, quæ in *vernacula lingua* eine *Verwirrung* / *Unordnung* dicitur.

5. In *Jure nostro* quadrupliciter *vox confusionis* accipitur.
1. *LATE* pro quacunq; *commixtione* l. *Marcellus* 3. §. *Pomponius* scribit 2. l. *quo quidem casu* 4. D. de R. V. §. *si duorum materie*. 27. J. de R. D. Et singulariter hîc advertendum venit, quod in *l. si plura mancipia* 36. D. de *adil. edict. pretiû confusè*, hoc est non *singillatim* vel *singulatim*, *seorsim*, *separatim*, καὶ ἑκαστῶν, sed *universè*, *generatim*, καὶ ὅλων ὅλων in *gemein* / *constitutum* esse dicitur. Nonnunquam *confusio late* accepta pro *compensatione* sumitur l. *si non sortem* 26. §. *Si centum debens* 4. D. de *condict. indeb. l. fructus eos esse*. 7. §. *Papinianus* 1. D. *solut. matr.* quod *primus*, nisi fallor, annotavit

vit solertissimus Hilliger Don. enuc. lib. 14. c. 71. in not. lit. D. p. 1166 quem idcirco videbis. 2. STRICTE prædicatur ea vox de commixtione Jurium, quæ in unam personam incidunt, & ita quidem, ut unum jus alterum tollat v. g. de actionibus elective concurrentibus, quarum altera altera tollitur, altera alteram perimit, textus est in l. qui servum 34 §. ult. de Obl. & Act. ibi: & pœna quidem furti non confunditur: illæ autem inter se miscentur. 3. STRICTIUS usurpatur confusionis vocula pro diversarum personarum & jurium iisdem personis separatim antea competentium, commixtione quocumq; modo facta: Sic servitutes etiam sine aditione confundi dicuntur, quando vel tùm prædii dominantis, tùm etiam prædii servientis quis Dominus efficitur, l. 1. D. qb. modis servit. amitt. l. quicquid venditor 10. D. Comm. Prædior. l. legatū est 116. §. fundus legatus 4. D. de leg. 1. & quidem mediante titulo emtionis venditionis l. si quis ædes 30. D. de servit. Præd. urb. d. l. 10. D. Comm. prædior. vel ususfructus consolidatio & cum proprietate conjunctio, à Græcis *σύνεσις* dicta contingit, h. e. quando ususfructus cum proprietate §. ult. 7. de usufr. l. si fructuarius proprietatem 4. D. usufructuar. quemadmodum caveat. l. si servus in quo 27. D. quibus mod. usufr. amitt. coadunatur, quo vocabulo utitur J Ctus Paulus in l. si plures sint 9. extrem. D. de pact. & Ulpianus in l. tigni appellatione 7. §. 2. D. ad exhibendum. 4. STRICTISSIME & scopo nostro convenienter ea jurium & personarum commixtio, confusio dicitur, quæ aditione hereditatis perficitur. Taliter etiã, de quâ præsens instituitur disertatio, obligationum confusio fiat, necesse est.

6. Et hæc quidem de vocabuli, confusionis, seorsim considerati equivocatione dixisse sufficiat. Ipsa verò obligationum confusio iterum in Jure nostro dupliciter accipitur, proprie, & improprie. Proprie pro tali Juris creditoris & debitoris, commixtione, quæ pro solutione cedit, atq; ita obligationem tollit. Species enim liberationis civilis est l. verborum 117. D. de solut. Improperie sumitur, quando tali destituitur effectus & persona tantum eximitur confusa obligatione, l. Debitori 50. l. generaliter 5. D. de Fidejuss. l. heres à debitore 21. §. fin. l. Granius. 71. D. eod. l. 93. §. 2. l. 95 §. 3. D. de solut. Cujac. 7. ad African. in l. 2. §. 1. de fidejuss.

7. Synonyma confusionis voculæ in posteriori significa-

in accepta nulla ferè offēdimus, nisi quod pro confundi, quan-
doq; perimi, consumi l generaliter 5. D. de Fidej. l. heres 21. §. 3. D.
eod. & simpliciter tolli. l. Stichum aut Pamphilum 95. §. quod
vulgo 3. D. de solut. d. l. 21. §. 2. de Fidej. liberari Reum d. l. 95 §. 3. de
solut. confusione obligationis, nec non Jure confusionis libe-
rari reum. d. l. 71. in fin. pr. D. de fidej. poni videamus. Cæterum
quod voces istas conjunctim consideratas h. e. obligationum confusi-
onem spectat, certum est, metonymicè effectum pro causâposito
sæpius ipsas actiones confundi dici, vide his l. debitori tuo 7. C. de
pact. l. ut debitum 5. l. si aduſtra 6. C. de hereditar. act. l. cum secun-
dum 3. C. de Fideicommiss. l. in imponēda 6. l. licet adieris 14. C. ad L.
Falcid. Et hic quidem modus loquendi Impp. ferè proprius est;
Jcti enim sæper ferè (dicoferè, ne contradicat l. deducta quar-
tâ. 58. pr. ad. Sct. Trebell. qua Autorem Papinianum præ se fert) de
confusa obligatione loquuntur, vid. l. si duo rei 93. pr. §. 1. & §. 2. & 3.
l. Stichum aut Pamphilum 95. §. aditio hereditatis 2. D. de solut. l. debi-
tor 59. ad Sct. Trebell. l. debitori 50. l. Granius 71. D. de Fidej. & tex-
tus infra citatos alios; Quem posteriorem sermonum modum com-
probat & multò limatiorem priori esse scribit Schiferdeghe-
rus lib. 3. Disp. Forens. tract. 1. q. 1. pag. 2. circa fin.

8. A definitione Nominis transeo ad definitionem Rei.
Quæ licet variè hætenus adornari consueverit, commodi-
us tamen confusio sic delineari poterit, quod sit Juris Creditoris ||
& debitoris principalis sive unius ejusdemq; debiti & crediti in unam ||
alterutri vel utriq; succedent em personam, aditione hereditatis, ipso ||
iure in vim solutionis, facta concurrentia.

9. Inspectioni generali succedit specialis. Ubi primùm se ||
se offert cause efficientis consideratio. Illa verò, vel est principalis ||
vel minus principalis. Principalis est Jus Civile l. pen. D. de solut. Mi- ||
nus principalis est vel impulsiva vel instrumentalis.

10. Impulsiva hæc est, quod nemo scilicet sibi ipsi obli- ||
gari, & simul creditor & debitor unius ejusdemq; rei & eodem tem- ||
pore esse possit: Quam rationem optimè inculcant, Brissonius ||
de solut. lib. 2. tit. de confusione. Donell. comm. Jur. Civ. lib. 16. c. 4. & ||
ibi ejus Eucleator Hillger in not. lit. B. Anton. Faber. lib. 18.
conject. jur. cap. 19. & hujus Vindex Caspar Schiferdegh. lib. 3.

Dup. Forens. tract. 1. quest. 1. p. 2. & Hering. de fidejuss. c. 20 §. 16. n. 12. ubi Jasonem & Pancirolum tanquam consentientes & impossibile esse dicentes, ut actio & passio stent in uno subjecto allegat; Nec destituitur hoc Dd. assertum juris fundamento, sed potius apprimè corroboratur textibus in hanc rem notabilibus in l. servus 2. l. si servus 18. §. 1. D. de stipulat. servor. l. heres 21. §. servo tuo. 2. & §. 3. l. Granius Antoninus 71. (rectius n. sic, quam vulgò Uranius legi, & sicut Graniorum nomen apud Romanos notissimum, hinc Granii Praconis, Granii Flacci, Granii Marcelli, Granii Martiani, Granii Gereni, Granii Liciani, mentionem facere Cornelium Tacitum l. 4. & 6. annal. ita Uranii nomen iisdem incognitum fuisse, nec nisi Agathiam in historia Justiniani cujusdam Uranii professione Medici, meminisse, illum cum Homericis Therpite comparando, rectè observavit Heringius d. l. n. 2. & seqq.) in med. l. si quis pro eo 56. §. Itē. D. de fidejussor. Et ut uno verbo cū Marcello in l. si Stichum aut Pamphilum 38. D. de fidejuss. exprimam, idē tollitur obligatio, quia nec reus hic adest, nec ulla res, quae possit deberi, Hinc elegantissimè scribit Seneca lib. 5. de benef. c. 9. in fin. Dat nemo nisi alteri, debet nemo, nisi alteri, reddit nemo nisi alteri. Id intra unum non potest fieri, quod toties duos exigit. Et c. 7. in fin. Nemo sibi debet, Debitor non est sine Creditore, non magis quam maritus sine uxore, aut sine filio pater. Hoc ipsum verò quod scilicet quis sibi ipsi sit obligatus, contingeret, nisi eo in casu, quando jus stipulantis promittentisq; (verba sunt Pomponii in l. pen. D. de solut.) in eandem personam devenit, pro solutione cederet confusio, h. e. tolleretur obligatio, cum heres personam defuncti sic repraesentet, ut eadem prorsus esse existimetur dd. ll. & omne jus defuncti in ipsum transeat, l. hereditas 62. D. de R. J. l. nihil est 24. & ad eam Gæddus D. de V. S. l. 2. C. de act. vel her. vend. l. ult. C. de her. act. ut hinc post aditionem hereditatis ipsius proprium efficiatur patrimonium, l. si ager 50. §. 1. D. & l. cum à matre 14. C. de R. V. Unde & ita quis instituitur. Hereditatis meae dominus esto l. his verbis 48. de her. inst. & pro herede gerere eū se gerere pro domino §. ult. J. de her. qual. & diff. nec nō desinit esse hereditas, quo sine etiam jacens hereditas ipsius heredis futuri personam repraesentare dicitur l. 24. in f. D. de novat. l. heres 54. de acq. hered. l. omnis hereditas

138. l. omnia fere jura 193. de R. J. l. si ex ro 28. §. illud 4. D. de stipul. servor. Et hæc, non modo in herede testamentario, sed & legitimo obtinent, ut proinde devium à veritate iter ingressus fuerit Anton. de Padilla ad l. 67 §. 3. de legat. 2. qui pro causâ impulsivâ hanc obtrudere conatur, quod videatur testator ita instituisse, si actionem adversus se heres remittat, quo nomine meritò ipsum notavit Hilliger. Don enucl. lib. 16 c. 40 in not. lit. B. p. 1456. Nec tolerari poterit ea, quam adhibita quadam metamorphosi Pragmatici proferunt, ratio, quod nemo scilicet secum agere possit. Quamvis o. in hoc suam mereantur laudem, quod rationem istam generaliter, ita ut tam ad successionem intestati, quam testatâ accomodari queat, concinnaverint, adhuc tamen minis stricta illa apparet, nec confusioni obligationis naturalis, tanquam omnis actionis l. 7. §. 4. D. de pact. expertis, conveniens. Cæterùm imbellibus rationibus eandem impugnatum ivit Schiferdegh. d. l. 3. tract. 1. q. 1. p. 2. quod quivis facillè animadvertet.

11. Causa instrumentalis confusionis obligationum est hereditatis aditio, in tantum, ut nec ante eam, multo minus, peculiarii acquisitione, prout quidem statuunt Cujacius d. l. 7. ad African. & lib. 9 ad l. frater à fratre 38. D. de condict. indeb. & Cabotius lib. 1. variar. di. p. cap. 24. in eff. etiam deduci possit. Hinc semper aditionem hereditatis jura requirunt in l. Stichum aut Pamphilum 95. §. aditio hereditatis. 2. D. de solut. l. matrem 80. in fin. D. ad Sc. Trebell. l. debitor sub pignore 59. pr. D. eod. l. 1. §. si debitor 18. D. ad L. Falcid. l. cum secundum 3. C. de fideicommiss. l. licet adieris 14. l. in imponenda 6. C. ad L. Falcid. l. Debitori tuo 7. C. de pactis. Et ita intelligendi etiam veniunt textus, in l. generaliter 5. D. de fidejuss. l. Stichum 95. §. 3. de solut. l. Granius 71. pr. D. de fidejuss. plurimiq; alii in quibus vel Creditor debitori successisse, vel Debitor creditoris heres existisse solum dicitur.

12. Sed duo tamen hic notanda sunt; Alterum est, quod sub aditione hereditatis, quæ hic nihil aliud est, quam vel re vel verbis de suscipienda hereditate facta voluntatis declaratio, id est, in generali significato, pro herede gestio, Germanis annehmung und anretung, der an oder zugefallenen Erbschafft / & immistionem

nem suorum heredum comprehensam velimus, Nam & qui
immiscet, pro herede gerit l. pro herede 20. §. 1. l. filius 41. l. cum bonis
§. 7. D. de acq. vel amit. hered. & expressè etiam suus heres paterne
hereditati se immiscens adire scribitur l. si duo. 38. D. d. tit. l. si pater
4. in fin. C. de Inst. & substit. Effectivè scilicet conveniunt, Aditio &
immixtio l. cum bonis §. 7. D. de acq. hered. Alterum est, quod
non semper aditio hereditatis confusionem obligationum intro-
ducat, sed illa quandoq; absq; omni confusione, pro solutione
tantùm cedat, quandoq; etiam inanem obligationem confir-
met, Papiniano teste in l. Stichum aut Pamphilum 95. §. aditio
hereditatis 2. D. de solutionib. Primus aditionis effectus est cūfusio, ita
ut quamdiu confundi possit aliqua obligatio, tamdiu haut in-
quirendum sit, utrum aditio pro solutione cedat. Secundus est so-
lutio. Tertius inanis obligationis confirmatio. Qui tres effectus
omniò à se invicem differunt, nec confundi debent. Quam-
vis n. aditio, que confundit obligationem, non minus regulariter
pro solutione cedat l. debitori 50. D. de fidejus. l. si. ei 47. §. si is qui 2. D.
de evict. id tamen fit beneficio confusionis, quâ perinde extingui-
tur obligatio ac solutione, l. si id quod 21. pr. de liber. legat. l. Granius
71. vers. & quidem D. de fidejus. Quando verò aditio pro solutione
cedit, tunc id fit nullâ interveniente confusione. Cujusmodi
duos tantùm casus post longam & diligentem disquisitionem
se reperisse scribit Schif. l. 3. dū. forens. tract. 3. q. 2. p. 39. quam ra-
ritatem & paucitatem vel ipse Papinianus, voculâ aliquando
in d. l. 95 §. 2. posita, indicare voluit. Aditio parit confusionem,
quando inter ipsum defunctum & heredem vel merè civilis vel
mixta ex asse constitit obligatio. Si verò utraq; deficit, exulat
quoq; confusio. Nam quod nunquam incepit, illud nec desi-
isse videtur l. Titius 96. pr. ff. de condit. & demonst. Hinc Ulpia-
nus scribit, obligationem ratione confusionis intercidere l. 50. D. de
fidejus. Intercidere autè dicitur, quod ita cōstitit ab initio, ut
postea tamen desierit consistere l. 59. pr. de condit. & demonst. Ita
rectè concludit Schiferdeg. d. l. 3. Dūp. forens. tract. 1. q. 2. p. 3. Aditio
pro solutione cedit, quando ex parte saltem mixta, ex par-
te verò merè naturalis confusionis incapax obligatio (secus si ex
asse nuda talis obligatio intervenit vid. l. quamvis §. si mulier 12. D.
ad

ad Sc. Vellei.) inter defunctum & heredem intercessisse conspicitur,
de quo duplici obligationis genere tractat J. C. in d. l. 95. §. 2. de
solut. Mixta obligatio in pupillo debitore defuncto adfuit rati-
one ejus, in quo locupletior redditus fuerit l. 5. pr. vers. naturaliter
in. & §. 1. de aut. tut. l. 3. pr. Commod. l. 47. de solut. Merè verò natura-
lis, respectu residui fortè deperditi. Si enim ex asse firma & efficax
existeret pupilli obligatio, quid quæso remoræ esset, quod
non confusione extingvatur? Cùm verò res aliter se habeat,
nec confusione locus hic esse potest, quoniã nō nisi prior obliga-
tio eidem esset obnoxia, & per consequens creditor heres
tantum duntaxat, quantum locupletior factus erat pupillus, con-
tra legatorios (horum n. respectu duntaxat jus deductionis heredi
creditori hic competere, & quoad reliquos creditores extraneos non
minus ipsi, quã ceteris heredibus denegari autumo, ut proinde
lapsus fuerit Schiferdegh. lib. 3. tr. 1. q. 3. p. 5. in fin. qui idè aditio-
nem hic pro solutione & non pro confusione cedere dicit, ut sci-
licet heres vel cōtra creditores etiam solidum deducere possit) in
imponendâ ratione legis Falcidie, tanquam æs alienum dedu-
ceret d. l. 95. §. 2. vers. Non n. quanto locupletior D. de solut. Ad plus
enim solvendum pupillus non erat de jure civili obstructus.
Atq; ita constitueretur creditor in presentissimo damno, & lo-
cupletarentur legatarii ipsius injuriã, quod naturalis ratio hanc
permittit. l. 4. de condict. indeb. Ex hac causa igitur constitutum
fuit, ne aditione confundatur obligatio, sed potiùs ea absq;
confusione pro solutione cedat, ut totum & solidum debitum con-
sequi possit. Cùm n. nullum ampliùs hac in re versetur pupilli in-
commodum, sed de tertii saltem agatur præjudicio, aut potiùs
lucro legati captando, & ex adverso creditor heres occupatus
sit circa damnum evitandum, non mirum, obligationem pupillæ
creditori hic esse proficuum, potissimè, cùm si pupillus vivus
jam ipsi exsolvisset totum debitum, nec per conditionem indebi-
ti repetisset, illud in Falcidiam non imputaretur, nec legatari-
is proficeret. Pro solutione itaq; cedit hic aditio, ob vinculum
æquitatis, quo solo naturalis obligatio sustinetur d. l. 95. §. 4. de fide-
jus. maximè, cum nuda & sola naturalis obligatio solutione tan-
quam modo tollenda obligationes naturali l. pen. pr. de solut. aliàs

B

tolli

|| tolli possit, minimè verò confusione, utpote modo extingvendi
|| obligationem civili. Nec ita tamen effectus aditionis confundi-
|| mus, sed adhuc distinctus remanet tertius à secundo, quem
|| jam enodavimus. Nec enim in hoc, uti in illo inani confirma-
|| tur obligatio. Vide aliter & prolixè hac de re differentem lauda-
|| tum Schiferd. d. l. 3. tract. 1. q. 2. & seqq.

13. Et sic constat aditione hereditatis confusionem fi-
eri. Sed ut diximus, Cujacius & Cabotius, non minùs acquisitio-
nem peculii pro causà instrumentali confusionis obligationum ven-
ditant ex celeberrimo Africani responso in re & fama diffi-
cili l. frater à fratre 38. D. de cond. indeb. Sed errorem eorum satis
detegunt viri unde quaq; doctissimi Hilligerus Don. enucl. lib.
14. cap. 19. in not. Schiferdegh. d. l. 3. tract. 6. q. 2. p. 80. & tr. 9. q. 1.
p. 118. quorum scrinia, ne lucem soli afferre videar, hic compilare
nolo, confluctui hanc controversiam per obscuram & intricatam
reservaturus.

14. Ad Subjectum nunc devenio, h. e. eas personas,
inter quas fieri potest obligationum confusio. Hoc conside-
rabimus & κατὰ τὴν φύσιν seu κατὰ ἀρχὴν & κατὰ θέσιν.

|| 15. Habile confusionis nostrae subjectum est talis
|| persona, ad quam non modo hereditas aliqua vel ex testa-
|| mento vel ex lege defertur, sed & in quâ jura creditoris & debito-
|| ris principalis, hoc est, obligatio activa & obligatio passiva principa-
|| lis diversis personis antea competentia simul concurrunt.

|| 16. Hujusmodi verò personam in duplici constitu-
|| tam deprehendimus differentiâ: Aut enim vel creditor, vel debitor
|| principalis aut plane extraneus quis est. Si creditor, tunc debitori
|| principalis, si debitor, tunc creditori atq; ita alterutri tantum heres
|| existat, necesse est l. Stichum aut Pamphil. 95. §. aditio hereditatis 2.
|| D. de solut. l. 3. C. de fidejus. l. debitori 7. C. de pact. l. debitor 50. D. de
|| fidejus. & passim alibi. Si extraneus verò, tunc & debitori & Cre-
|| ditori succedere debet l. Granius 71. pr. D. de solut. ibi: quia fiscus tam
|| creditori, quam debitori successerat. Non verò sufficit, ut & debito-
|| ris & fidejusoris heres sit l. fidejusoris heres 24. C. de fidejus. Et
|| prior quidem casus, ubi sc. creditor, debitori, vel hic illi succedit,
|| tractatur in l. 2. C. de solut. ut proinde malè eandem ad postero-

rem traxerint Briffonius tr. de solut. tit. de confusio. Et Meje-
rus Coll. Argent. d. l. th. 22. in fin.

17. Ut verò hanc subjecti enodationem magis magisque
illustriorem reddamus, subsequentes annexi regulas operæ pre-
tium erit.

18. I. Omnes ii hic per creditores (latè accepto vocabulo)
intelliguntur, quibus vel ex conventionem, vel ex delicto (intelli-
ge eo, ex quo Civiliter & pecuniariter ad privatum & proprium
actoris interesse agitur, arg. l. ult. D. de privat. delict.) aliquid debe-
tur, in quantum scil. hinc fidem debitoris sequuntur, non ex vo-
luntate, aut conventionem, sed ex necessitate & ipso facto pr. Inst. de
oblig. quæ ex delict. nasc. l. 4. D. de obl. & act. Dominus Præceptor
Riemerus tract. de contract. c. 10. §. 43. n. 3. & seqq. p. 210. & Domi-
nus Frantzkius Exerc. 15. th. 2. Sic ex adverso omnes ii debito-
rū appellatione veniunt, qui vel ex conventionem, vel ex delicto
& ali aliquid debent, & uno verbo, à quibus invitè pecunia exigè
potest.

19. II. Creditore debitori succedente, uno vel pluri-
bus aliis correis debendi existentibus, haut propriè confunditur
obligatio, sed persona tantum eximitur l. Granius 71. D. de fide-
jus. arg. l. ult. D. de duob. reis. Briffon de solut. tit. de confus. p. 280.
Petrus Aug. Morla in emporio Jur. part. 1. tit. 8. quest. 3.

20. III. Non Modò in extraneos, sed & inter suos hac qua-
litate sibi succedentes heredes locum habet obligationum confusio.
Quamvis enim regulariter potestas patria non admittat, ut in-
ter Patrem & filium Civilis contrahatur obligatio l. si quis 56. §.
1. de fidejus. l. ne cum 16. D. de furt. §. Item inutilis 6. J. de inut. stipul.
Vox enim patris vox filii existimatur §. si quis 4. J. de inut. stipul.
& pro unâ personâ reputantur l. fin. C. de impub. & aliis subst. in-
tantum, ut quicquid filius acquirat, patri acquirat §. 1. J. per
quas personas cuiq; acqr. l. cum oportet 6. C. de bon. quæ liber. l. placet
79. de acquir. hered. Fallit tamen, & obligatio subsistit Civilis in-
iis rebus, quæ filiis fam. acquiri possunt d. §. 4. J. de inut. stipul. h.
c. in causa peculî castrensis vel quasi l. l. nulla 4. D. de Judic. l. 2. D.
de contr. emt. nec non inter patrem & filium naturalis tenet obli-
gatio l. frater à fratre 38. §. quæsitum & §. 2. D. de cond. indebit. &
ibidem

ibidem Bartol. pr. Jason. n. 22. *Utraq;* igitur aditione hereditatis confundi poterit.

21. Inhabile ex adverso Confusionis proprie dicta Subjectum constituit ille, in quem jura creditoris & debitoris hanc incidunt, quod multu modis contingit, (1) Si vel duo rei promittendi seu debendi l. Generaliter 5. D. de fidejussibi: reum vero succedentem ex duabus causis esse obligatum D. de fidejuss. l. 93. §. 1. & 2. D. de solut. vel (2) duo rei stipulandi dd. ll. & l. 13. de duob rei constit. vel (3) confidejussores l. heres 21. §. non est. 1. D. de fidejuss. sibi invicem succedunt, vel (4) fidejussor debitori vel (5) debitor fidejussori dd. ll. vel (6) creditor fidejussori vel (7) fidejussor creditori l. Granius 71. in fin. pr. D. de fidejuss. d. l. 21. §. 3. eod. heres exstiterit, quæ omnia mox uberius circa objectum explicabuntur

22. Ad quod etiam nunc rectè ptogredior. Non minus verò uti subjecti ita & hujus inspectio duplex est, una per remotionem, per positionem altera.

23. OBJECTUM confusionis sunt jura creditoris & debitoris principalis, sive creditum & debitum principale vel uno verbo, obligationes proprie dicta.

24. Obligationes verò in strictà significatione, quatenus scilicet pro effectu vel conventionis vel delicti sumuntur, vel sunt merè naturales, vel merè Civiles vel mixta, & quidem vel ἀπλῶς & simpliciter, vel κατὰ τὶ & secundum quid, quæ posteriores naturales tantum in LL. inscribi solent l. 5. pr. in fin. de pignor. l. 21. §. 3. de fidejuss. (quid sint vide Dn. Ricmerum d. tr. de contract. cap. 2. §. 8. & seqq. pag. 25. & seqq.)

25. Ubi notandum; Non nisi obligationes merè Civiles & mixtas ad confusionem aptas natas esse, utpote quas solas jus nostrum Civile quodam effectu vel actionis vel exceptionis donavit, atq; ita vim aliquam coactivam & obligatoriam iisdem concessit. Et obligationibus quidem vel merè Civilibus vel absolute mixtis, quæ actionem producant, nulla inter Dd. controversia est. Verum de obligationibus secundum quid mixtis, quas naturales tantum in jure nostro indigitari diximus, dubitare quosdam comperio & maxime Cujacium lib. 28. Quest. Papinian. ab

ad l. 95. §. 2. de solut. & Hottom. in disp. l. frater à fratre. Cabot. lib. 1. variar. dis. cap. 23. in fin. Ubi non nisi obligationis Civilis confusionem fieri existimat; Sed ne ullus remaneat scrupulus videri poterit præter l. frater à fratre 38. de cond. indeb. l. heres 21. §. 3. D. de fidejus. ibi: sive Civilis, sive tantum naturalis in reum fuerit. Naturalis dicitur, non quod nec civilis dici possit, eo ipso enim, dum approbata, simul Juris Civilis effecta fuit, l. 1. §. 6. l. 2. §. 20. C. de vet. jur. enucl. sed oppositivè ad obligationem simpliciter mixtam Dn. D. Riemer tr. de contract. c. 2. §. 9. n. 12. p. 27. Nec obstat d. l. 95. §. 2. de solut. siquidem eam superius enodavimus.

26. Obligationes merè Civiles & mixtae in unâ persona hereditatem adeunte concurrentes, aut sunt merè activa, aut sunt merè passiva, aut utraq; quidem qualitate præditæ h. e. & activa & passiva; sed hæc non nisi accessoria aut deniq; & activa & passiva principalis.

27. Ex his posteriori modo concurrentes obligationes propriè tantum confunduntur v. g. quando vel Creditor debitori, vel debitor creditori, vel utriq; extraneus quis succedit vid. supr. th. 16. Quo in casu fidejussores etiam liberantur l. qui hominem 34. §. quidam 8. D. de solut. l. heres. 21. §. quod si D. de fidejus. l. Granius 71. eod. l. 2. C. eod.

28. Negativum Confusionis objectum vel est simpliciter tale, vel secundum quid.

29. Ad illud non modo merè naturales obligationes, quæ vel planè reprobatae vel liberae relictae (consule omninò Dn. Riemer. tr. de contr. d. l. & Dn. Frantzk. exercitat 9. q. 1.) atq; ita nullo vinculo, quod dissolvi possit, constant, sed & merè Civiles & mixtas eas refero obligationes, quæ nullo planè modo confunduntur, neq; in totum neq; ex parte, sed utraq; in unâ personâ subsistunt. Hujusmodi obligationes sunt tum merè activa, tum merè passiva, tam principales, quàm accessoria in heredis persona concurrentes. Concurrere verò dicuntur merè activa, quando correi stipulandi, sive duo creditores: merè passiva principales, quando duo rei promittendi, sive correi debendi h. e. duo debitores principales; & merè deniq; passiva accessoria, quando duo confidejussores sibi invicem succedunt. Ratio con-

fusionis huic obligationibus denegata hæc est, quod scilicet nullum
hic ad sit jus creditoris & debitoris, h. e. nullum creditum & debi-
tum, sed aut merum jus creditoris & merum creditum, aut merum
jus debitoris & merum debitum, atq; ita jus stipulantis promit-
tentisq; in unam personam hanc incidat l. penult. D. de solut. Ut
summatim cum Ulpiano dicam ex l. generaliter 5. D. de fidejuss.
Ideo tales obligationes confutioni hanc sunt obnoxie, quia sunt
eiusdem potestatis, nec reperiri potest, cur altera potius quam
altera consumeretur. Nec novum est, ut dua obligationes in ea-
dem personam subsistant, & duas quis simul sustineat. d. l. 5. de fide-
juss. l. heres 21. §. non est. 1. D. eod. l. non est novam 10. D. de Act. om. &
vend. Faciunt huc l. Granius 71. in med. de fidejuss. l. si reus 13. D. de
duobus reis l. si duo rei 93. pr. ibi: Si duo rei sunt stipulandi, & alter
alterum heredem scripsit, videndum, ne confundatur obligatio. Pla-
cet non confundi. & mox §. 2. quoties dua sunt principales, altera
alteri potius adjicitur ad actionem, quam confutionem pariat D. de
solut. Verum obstare videtur d. l. 93. §. 1. ubi valgate lectio ita
habet: Item si duo rei promittendi & alter alterum heredem scripsit,
confunditur obligatio. Sed breviter respondemus, negationem,
quæ in §. subsequenti secundo superflua est, hic in §. 1. deesse,
ideoq; recte eam eidem, tanquam suo loco redditam esse à Cu-
jacio, Antonio Fabro, Donello, Hartm. Pistore, Sbhiferdeghero & Ba-
chovio. Nec moramur eos, qui omnem omnimodo legum correctio-
nem damnant cum melius sit, vim adferri scripto, quam rationi:
Ure, seca, ne pars sincera trahatur. Consule omnino hac de re desi-
deratissimum nostrum Patronum Dn Fridericum Hortle-
derum libell. singul. de concurs. act. real. meræ & penal. mixta c. ult.
Pro negativâ verò lectione nostra evidens hæc pugnat ratio,
quod nulla dari possit differentia inter reos promittendi, & reos sti-
pulandi; Uti n. hi ambo creditores, ita illi ambo debitores sunt, &
quia ibi deficit jus debitoris, hic autem jus creditoris, deficit etiam
confusio. Hinc Jctus utitur vocolâ Item quæ casus preceden-
tium similitudinem indicat, & repetitionem inducit prævie quali-
tatis, annotante Bartolo in l. repetendas D. de leg. 3. l. 1. D. de public.
& Jafone in §. Item si quis in fraudem 7. de act. Accedit & id,
quod non minus regula d. l. 5. de fidejuss. sed ratio quoq; d. l. 93.
§. 3.

§. 3. ad duos promittendi reos optimè applicari possit, nisi quis istos reos, eorumque obligationes esse principales inficias ire mallet, quod tamen haut veritati conveniens videretur. Quocircà rectè scripsit Bachovius vol. 2. ad Tr. disp. 28. th. ult. lit. C. nisi negatio ex §. 2. in §. 1. d. l. 93. traducatur, locum illum & cum ratione & cum aliis textibus implacabiliter pugnare.

30. Posteriori negativo objecto accensemus hujusmodi obligationes, quarum altera tantum confunditur, quod fit, quando vel principalis activa cum accessoria seu fidejussoria, vel principalis passiva cum eadem concurrunt. Priori modo concurrunt, quando vel creditor fidejussori, vel fidejussor creditori succedit. Posterior concurrentia contingit, quando vel debitor fidejussori, vel fidejussor debitori heres existit.

31. Hæc omnibus casibus fidejussoria tantum, tanquam minor confunditur obligatio, & obligatio principalis tanquam plenior, potentior & major, l. generaliter §. D. de fidejuss. l. 3. D. de separat. l. 95. §. 3. D. de solut. remanet. d. l. heres 21. §. 3. & §. ult. l. 5. l. 71. in med. D. de fidejuss. l. si duo 95. §. ult. l. cum qui sibi 38. §. fin. l. in omnibus 43. in fin. D. de solut. l. Fidejussoris quidem 24. C. de fidejuss. Unde apparet, verum esse, quod paulo ante diximus, expungendam esse negationem in §. 2. l. 93. D. de solut. & rectiùs affirmativè legi hoc modo: Sed si reus heredem fidejussorem scripserit, confunditur obligatio. Nam primò hæc lectio probatur ex oppositione, quæ in d. l. 93. facta esse conspicitur, casuum, quorum alter duorum principalium obligationum, alter & principalis & accessoria obligationis concurrentiam involvit. Secundò lectionem affirmativam apprimè stabilit subjecta ratio: Et quasi generale quid, inquit Scævola in d. l. 93. §. 2. retinendum est, ut ubi ei obligationi, quæ sequela locum obtinet, principalis accedit, confusa sit obligatio. Tertio adjuvat illam d. l. 93. §. 3. ult. ubi conceditur cōfusio, si fidejussorem heredem scripserit; Rationem si inquirimus, nullam invenire licet aliam, quàm quod tali in casu obligationi accessorie accedat principalis, quod non minus in casu §. 2. ubi reus fidejussorem heredem scripsit, accedit. Ratio rationis hæc dari poterit, quod quoties duæ qualitates concurrant, quæ simul & unà consistere nequeunt, & ut ita loquar, incompatibiles sunt, toties attendatur

ple-

plenior, quæ censetur esse principalis vide d. l. 5 in med. & ibi Gothofr.
in not. lit. A. de fidejussor. l. 95. §. 3. & ibi iterum Goth. de solut. l. 3. de
separat. Ampliatur nostra assertio, quod sc. fidejussoria hoc in
concurso tollatur obligatio, quando reus fidejussori succedit, ut
nec in tali casu reus exceptione fidejussori competente uti, sed si
eâ usus fuerit, in factum replicatione, aut doli mali exceptione re-
pelli possit. Hic enim genuinus l. cum reus 14. D. de fidejuss.
sensus est, ut hinc merito reprehensionem Treutleri & Bacho-
vii meruerit, illa, quæ ab Antonio Fabro lib. 1. Conject. cap. 5.
adhibetur legis correctio, negationem superaddens, ut scilicet
ita legatur: *et si exceptione fidejussori non competente usus fuerit.*
Etenim duplex hujus rei ratio dari potest. Prima generalis est,
regulariter scilicet fidejussoris exceptiones reo non prodesse: Secunda
specialis est, directò casum nostrum respiciens, quod nimirum reus
fidejussori succedens non ut fidejussoris heres, quia jam confusione
extincta est obligatio, sed ut reus principalis conveniatur, ideoq;
nec fidejussori competente exceptione uti possit. Ita rectè ex Ac-
curtio scribit Bachov. d. vol. ad Tr. d. 28. th. 7. lit. C. p. 975. & seq.
ubi simul contrariis Antonii Fabri argumentis satisfacit.
Quicquid verò sit, Fabri tamen emendationem novè ap-
probavit Schiferdegh. lib. 3. d. 2. p. 131. qui illam
verisimam & non nisi exilia quedam contra eandem à doctissi-
mo Hartm. Pistore lib. 3. q. 11. prolata esse, scribere haut eru-
bescit; Sed turpe profectò est homini, ut aliàs videtur, inge-
nuo, unius hominis gloriolæ nimium ita velificari! Rationes
igitur, quibus ille pugnat, breviter videbimus. Primò dicit,
frustrà disputari de exceptione fidejussori competente, ob rationem
nostram secundam specialem. Verùm annon sufficiens erat dubi-
tandi ratio, quod Proculiani fidejussoriam obligationem confun-
di inficias ibant d. l. si duo 93 §. ult. D. de solut. & quod aliàs excep-
tiones rei fidejussoribus etiam prosint l. omnes. 19. D. de except. l. de-
fensiones 11. C. de except. s. præscript. Deinde nec semper pe-
culiari dubitandi ratione, quamvis legis particulam opus habere
dixerim, maximè, cum multa declarationis loco adsumantur &
ex prioribus inferantur, quod non minus in nostro textu acci-
dit. Postquam enim dixerat Julianus, *perimi fidejussoriam*
obli-

obligationem, & debitum à reo peti, non potuit non inferre, nec fidejussoris exceptiones ipsi reo competere, sed si hic illis usus fuerit, in factum replicatione vel doli mali exceptione repellendum esse. Quomodo verò ex eo, quod obligatio fidejussoria extincta sit, & debitum tanquam à reo petatur, inferri queat, ad illum exceptionem fidejussori non competentem, haut pertinere, ego certè non video. Secundò objicitur à Schiferdegh. ad competentiam doli exceptionis non sufficere id saltem, quod non competebat, factum esse, prout existimet Pistor d. l. Sed dolo actoris, quid factum requiri l. 2. §. 1. D. de dol. mal. exc. Borgalius de dol. lib. 4. cap. 2. n. 6. Sed pro Pistore pugnant textus in l. exceptiones opponuntur 20. D. de except. l. 2. §. 3. & §. 5. D. de doli mali & met. except. l. si quis 36. D. de verb. obl. ubi videre licet, exceptionem illam eo in casu dari, quando vel ab initio nullus advenerit dolus, sed ex post facto saltem subsecutus fuerit, (quod nec ipse diffitetur Schiferdegherus) nec opus esse, ut ex actoris proposito, sed re ipsa quandoq; dolus interveniat. Hinc qui exceptione pacti uti non possunt, exceptione doli ipsis succurritur l. rescriptum 10. §. plerumq; 2. D. de pact. Facit huc, quod Jctus in textu nostro alternativè loquitur, ibi: in factum replicatio dari debet, aut doli mali proderit. Et quid si affirmarem, reum hoc nostro in casu fidejussoris exceptione utentem dolo facere, cum penes ipsum non sit talis ignorantia, quæ dolo careat, sicut loquitur Jctus Ulpianus in d. l. 2. §. 5. D. de dol. mal. except. haut fortè aberrarem. Ut proinde nec tertium Schiferdegheri telum, quod nempè ad replicationem doli, de quâ ibi sermo sit, indubiè dolus requiratur, nos feriat. Quartò existimat Schiferdegher9, non dari doli mali exceptionem, ubi nulla competat actio, nulla obligatio, cum omnes exceptiones reorum defendendorum gratiâ inventæ sint. Sed præterquam, quod nec hoc simpliciter verum sit per l. apud Celsum 4. §. si quis 4. D. de doli mal. & met. except. l. in pupillo 4. D. de except. script. nos hic non de exceptione doli, sed replicatione doli verba facimus: Hæc actori contra reum, illa reo contra actorem conceditur l. non excep. 10. C. de except. pr. 7. de replicat. Est exceptionis exceptio l. 21. l. 22. §. 1. D. de except. Græcis ἀντιπαράγραφη dicta.

32. Ampliatur porrò asertum nostrum, ut & de jure no-
vo obtineat, quicquid etiam in contrarium molitur Cujacius
lib. 15. observ. c. 11. cui idcirco rectè dicam scripsere Schiferdegh.
d. l. 3. tr. 10. q. 6. post. pr. & Bach. d. vol. 2. ad Tr. p. 986.

33. Limitatur verò, ut non procedat, nec tollatur fi-
dejusoria obligatio, quando vel rei obligatio non est plenior vel
saltem aequè plena, & fortè damno ipse creditor, qui diligenter
sibi prospexerat, confusione hac affici posset per text. expressos
in l. debitor fidejussori 3. D. de separat. l. Stichum aut Pamph. 95. §. 2.
D. de solut. v. g. quando fidejussor succedit debitori naturaliter
obligato, tunc sicut fidejusoria, ita & principalis haut confundi-
tur obligatio l. heres 21. §. servo 2. vers. quod si hic servus ff. de fidej.
quia licet debitoris obligatio, quæ est principalis, fidejusoria obli-
gatione, sicut & aliàs principale suo accessoriò, major sit (alioquin
cauda major esset capite, quod absurdum, M. Anton. de Ama-
ris. decis. 34. n. 7. Hering. tr. de fidejuss. c. 20. n. 22.) ratione vinculi
tamen non est plenior & potentior, ut potè omni obligationis Ci-
vilis effectu destituta, & per consequens maximè injuriosum es-
set, si ipse creditor actione contra fidejussorem competente hac ra-
tione privaretur. Nam ut Bartolus tradit in l. 14. D. de fidejuss.
quod citra culpam alterutrius contingit, non debet conditio-
nem ejus facere deteriore. Et quoad hoc quidem rectè no-
biscum sentit, post Cujacium & Anton. Fabrum, Bach. d. vol.
2. ad Tr. d. 28. p. 976. Verùm in eo labitur vir ille doctissimus, quod
putet, hunc ipsum casum de naturaliter tantum obligato tractari
in l. 95. §. 3. D. de solut. & ideò ibidem ita legendum esse: Nam
si reus duntaxat naturaliter fuit obligatus, fidejussor non liberabitur.
Etenim rectiùs retentà vulgatà & affirmativà electione Donellus
lib. 16. c. 4. versiculū hūc, nā si reus duntaxat fuit obligatus, fidejus-
sor liberabitur, de eo, qui absolute indistinctè, absq; omni condi-
tione, purè, & ita obligatus est, ut nullā propriā defensione à vin-
culo obligationis se liberare possit, exaudit; Quæ explicatio
non modò ex verbis: Nam si, quæ exemplum denotare docent
d. l. 95. §. 2. & hujus §. 3. vers. Nam si minori, sed & ex oppositione ini-
bi factā plus satis elucescit. Ita enim Papinianus: E contrario
non potest dici, non tolli fidejusoriam obligationem, si debitor pro-
priam.

pram & personalem habuit defensionem. Ubi profectò oppositio fit inter eum, qui duntaxat, & inter eam, qui personalem habuit defensionem.

34. Unde satis opinior constat, quæ obligationes & actiones confundi possunt. Utrum verò & actiones reales habile confusionis objectum sint, latè tractat Schiferdegh. lib. 3. tr. 6. q. 5. & seqq. ubi & inter rei vindicationem & actionem hypothecariam, nec non inter jus vetus & novum distingvit.

35. Et tantum de confusione obligationum acquirendâ; Consideranda nunc restat, ut acquisita. Postquâ enim confusionis obligationum εσσιώδη perspeximus, succedunt jam τὰ εἰσσιώδη. Et quamvis aliàs hæc sint duplici generi; dum alia subsequuntur alicujus rei essentiam κατ' αὐτὸν, quæ naturalia alia κατὰ συμβεβηκός, quæ accidentalia apud Jctos audiunt, priora tamen tantum hæc vice nostræ erunt indaginis.

36. Naturalia verò hîc nobis nihil aliud sunt, quam Effectus,

37. EFFECTUS confusionis obligationum propriè dicta est vel primus vel à primo ortus.

38. Primus est solutio, non quidem vera & naturalis, quæ per ipsam rei debitæ præstationem fit l. soluta 49. D. de solut. Sed Civilis & ficta. l. pen. D. de solut. ubi naturaliter solutione, Civiliter acceptilatione obligatio resolvitur, quo respectu etiâ acceptilationi, quæ imaginaria solutio est S. 1. J. quib. mod. toll. oblig. l. sicut 75. D. de solut. comparatur. Facit huc elegans textus in l. debitor 59. D. ad Sct. Trebell. ubi quidem confusa dicitur obligatio, sed solutam (intellige naturaliter) pecuniam, esse negatur. Nullum scilicet hîc, præter aditionem, requiritur factum, sed ipso jure fit solutio, dum vel hereditas solvitur, vel hereditati in eo ipso instanti, quo quis hereditatem adit, solutum fuisse fingitur. Prius contingit in casu, quando creditor debitori, posterius, quando debitor creditori succedit l. si ei 41. S. si. 15. 2. D. de Eviçt. quo fine etiam debitor majorem & locupletiozem hereditatem, creditor verò minorem percipere videtur l. 1. S. si debitor 18. D. ad L. Falcid. Et quidem vel in eo casu, ubi nihil in hereditate invenitur, quis sibi sol-

vise & a se ipso exegisse fingitur l. 95. §. 8. D. de solut. l. 50. l. 71. D. de fidejus. Cum quilibet ratione sui satis dives appareat l. querebatur 82. vers. Sed cum debitori & ibi Bartol. D. ad l. Falcid. Schiferdegh. lib. 3. tract. 3. q. 7. & tr. 4. q. 3.

39. Effectus ortus confusionis obligationum proprie dicta est, juris creditoris & debitoris principalis resolutio & extinctio. Hinc obligatio confusione sicut solutione (vid. l. 95. §. 4. D. de solut. & pr. 7. quib. mod. toll obligat.) intercideret l. debitori 50. D. de fidejus. si id quod 21. D. de liberat. leg. & solutionis jure tolli l. Granius 71. post pr. vers. & quidem D. de fidejus. & sicut acceptilatio, ita & confusio hereditatis perimere petitionis actionem d. l. sicut. 75. D. de solut. dicitur; Nec tollitur duntaxat principalis obligatio, sed & fidejussoria l. 38. §. 1. l. Granius 71. pr. de fidejus. l. 2. C. eod. l. qui hominem 34. §. quidam D. de solut.

2
40. Sed antequam progrediar, quærere lubet, Utrum quoad actionem tantum, an verò etiã quoad deductionem, retentionem, & computationem confusione tollatur obligatio? Posterius defendere Vincentius de Franchis decis. 39. n. 3. & Costa de Ratã & quotã q. 45. n. 8. quorum opinio quoq; in Concilio Neapolitano approbata fuit. Et quamvis Schiferdegh. lib. 3. tr. 4. q. 4. circa fin. p. 52. lepidam hanc Pragmaticorum pronunciet sententiam, adeò ut nihil insolentius ipsa excogitari possit, illa tamen rectè intellecta optimè fortean defendi poterit, per l. in imponenda 6. l. irritum 8. C. ad l. Falcid. l. qui fundum 87. §. Si quis hered. 2. & l. 1 §. 18. D. eod. ubi non obstante actionum confusione & creditori deductionem sui crediti permitti, & debitori debitum suum imputari videmus ex nullo alio fundamento, quàm quod ibi hereditas pecuniam creditori statim solvisse, hic verò hereditati debitam exsolutum esse fingatur. Quocirca creditor heres retinet creditum ut solutum; retentio enim solutionis loco habetur, l. 6. D. de compensat. l. 11. §. est autem D. de pecul. & debitori heredi imputatur debitum ut solutum, licet solvendo non sit, cum quilibet sibi solvendo & ad se satis dives esse censeatur l. 82. pr. D. ad l. Falcid. Accedit textus notabilis in l. 95. §. 2. D. de solut. ubi non idèò aditio hereditatis in exemplo proposito pro solutione tantum cedit, quod si pro confusione cederet, penitus & in

Et in totum haut competat creditori deductio sui crediti, sed quod non solidum retineat, quo ipso præsupponitur, & confu-
sioni jus deductionis haut adversari. Et quid, quæso, causæ es-
set, ibi quidem, ubi aditio pro solutione cedit, jus deductionis per-
mitti, ubi verò pro confusione cedat, illud heredi denegari. Si
cum Schiferdeghero ad extinctionem obligationis, quæ confusione
fit, provocaveris, res conclamata erit, quia non minus solu-
tione, quàm confusione tollitur obligatio. Si solutionis nature
non repugnat retentio, cur tandem confusio, quæ pro solutione
cedit, eam respuet? Immo ideò potius, quia confusio vim solu-
tionis habet, commodè idem de eadem affirmaveris. Sed exci-
pis fortè cum eodem Schiferdeghere, stante hac nostrâ sententiâ
necessarium fore, ut & contra quosvis creditores alios creditor
heres suum creditum deducere queat, quod tamen fallum? Ve-
rùm respondemus (1) adhuc dubium esse, an non & hîc credi-
tori deductio licita sit, maximè cum ipse Schiferdegherus lib. 3.
tract. 1. q. 3. p. 6. in fin. & lib. 3. tr. 4. q. 5. p. 53. in casu aditionis pro solu-
tione cedentis, licet vel ere alieno hereditas exhausta fuerit, jus de-
ductionis creditori competere asserat, quamvis non diffiteatur,
id ipsum creditori nihil proficere, cum bonis defuncti non suf-
ficientibus, propria bona, ut satisfaciat creditoribus, ille alie-
nare cogatur l. fin. D. Si pars hered. l. 8. de acquir. vel amitt. hered. l. 3.
S. si is qui D. de Carbon. Edict. l. fin. C. de Jure deliberandi. Atq; ita,
quæ est. (2) responsio, specialitatis adest ratio inter legatarios &
alios creditores, de qua vide Briss. de solut. lib. 2. tit. de confus. Gil-
ken ad l. frater à fratre n. 35. Ant. Faber. lib. 18. Conj. pr. c. 19. & ip-
sum Schiferdegh. lib. 3. tr. 3. q. 5. 6. & 7. & tr. 4. 5. Unde apparet
simul jus deductionis tunc minimè ideò deficere, quasi confu-
sio solutionis vicem ibi sustineat, quoniam & alius quilibet extra-
neus heres hereditatis creditoribus tenetur in solidum. Rege-
ris porrò in d. l. fin. C. de Jur. delib. non permitti creditori inven-
tario haut confecto adversus creditores vel deducere vel retinere
aliquid, sed toto ipsum cadere credito? Idem dabo responsum,
cum non minùs de jure Codicis, quam de Jure Pandectarum in
predicto casu heres creditoribus teneatur in solidum. Ut ta-
ceam, heredem insuper, nullum conficientem Inventarium

contra dispositionem legis peccate & hinc eò minus jure dedu-
ctionis frui posse. Quo respectu etiam heres creditor nullo confe-
cto inventario nec contra legatarios, quia odio heredis creditoribus
aliis comparantur, beneficio deductionis gaudet d. l. fin. §. Sin a hoc
aliquis C. de jur. delib. ibi: non solum creditoribus in solidum tenea-
tur, sed etiam legis Falcidie beneficio minimè utatur. & Nov. l.
6. 2. §. 2.

41. Et id quidem, quod de effectu confusionis obligatio-
num, illam sc. pro solutione cedere & debiti petitione perimere di-
ximus, regulariter verum est. Verum cum secundum l. 22. de
R. J. omnis definitio (i. e. regula, sicut rectè d. l. transposuerunt
Græci Interpretes, τὰς νομικὰς κανὼν ὁμοίως ἐστὶν ἐπιχει-
ρῶν γὰρ ἀνατρέψεται.) periculosa existat, non mirum,
& nostrum thema propositum suis debilitari exceptionibus.
Quocirca duabus sequentibus easdem proponam regulis:

42. Prima hæc esto: Confusio obligationum ibi pro so-
lutione cedit. h. e. vim solutionis habet, quando adita hereditas apud
heredem remanet. Hinc si hereditatem heres vendiderit vel
eandem restituere rogatus fuerit, tunc in priori casu, si heres
fuit creditor, creditori adversus hereditatis emtorem adhuc post
venditionem superest actio, nō pristina quidem, utpote quæ con-
fusione sublata est, sed ex vendito, ut creditum suum conse-
quatur, l. 2. §. si Titius Mavii 15. §. cum quis debitori 18. D. de hered.
vend. l. si hereditatem 20. l. pen. D. de hered. vend. Si verò heres fue-
rit debitor, ipse emtori hereditatis ex emto tenetur, d. l. si heredita-
tem 20. §. 1. D. de hered. vend. In posteriori verò casu, contra heredem
debitorem, fideicommissario datur actio pro consequendo
eo, quod heres debuit defuncto l. ita tamen 27. §. si & Trebelliano
11. D. ad Sc. Trebellianum.

43. Secunda regula ita habet: Confusio obligationum
ultra portionem hereditariam nunquam contingit, sed si est ex se-
misse vel pro parte heres, pro eà parte duntaxat, si ex asse. omnis eti-
am jure confusionis, tollitur obligatio, l. si adulta 6. C. de hered. act. l.
licet adieris 14. C. ad L. Falcid. l. Si ab eo 7. C. de negot. gest. l. 7. C. de
bon. aut jud. possid. l. debitori 50. D. de fidejus. & mandas.

44. Ad

44. Ad finem, & ultimum dissertationis nostrae membrum, quod est de oppositis, tandem pervenimus. Ubi quidem latissimus sese offerret dicendi campus, nisi scopus & dictae dissertationi destinatus pagellarum numerus brevitatem exposceret. Quocirca id tantum hic, quod videmus inter Dd. maximè controversum, discutiemus, *Utrum scilicet de jure novo per confectionem Inventarii ab herede creditore adornatam impediatur obligationum confusio?* Quod intrepidè affirmamus, ob textum apertum & rotundum in *l. final. §. in computatione 9. vers. si verò & ipse C. de jure deliberand. ubi disertis verbis Justinianus actiones confundi negat, & similem aliis creditoribus heredi ceditori largitur fortunam.* Quae verba certè clariora sunt, quàm ut magis explicari, vel etiam obscurari possint. Hinc oleum & operam perdere mihi videtur post Antonium Fabrum *de Error. Pragmat. dec. 2. Error. 3. & 4. & lib. 18. Conject. juris c. 19. ipsius alicla Schiferdegh. d. lib. 3. tract. 3. q. 5. & 6. qui Justinianum tanquam malum latinis & Juris autorem aliter locutum fuisse, quàm ille senserit, audacter proclamat, nec ipsarum actionum exercitium, sed jus deducendi & retentionis saltem, de quo paulò ante disseruerat, creditori heredi reservare, atq; ita non ipsam confusionem, sed confusionis duntaxat effectum tollere voluisse.* Indignum certè tanto acumine Viri responsum! Nec quicquam pro eo stabiliendo rationes Ipsius faciunt, quod conflictus docebit. Tantum!

P A R E R G A.

1. Utrum verum sit vulgatum proverbium,
Auff eine Lügen gehört sich eine Maulschelle? D.
2. An religio armis defendi possit? D.
3. An fur, qui rupto laqueo in terram cecidit, iterum strangulari, an liberari debeat? Prius distinguendo defendemus.

Soli DEO Laus & Gloria!

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


101



ULB Halle

3


003 252 736




Sb.

V017







B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

G. 19. num. 23. ~~226.~~ 1640.11

Quod DEUS bene vertat!

DISSERTATIONEM
LEGALEM

De

CONFUSIONE
OBLIGATIONUM

PRO LOCO

In florentissimâ illustris LL.

nutricis Salanæ Facultate Juridica
obtinendo,

More Majorum & Vigore Statutorum

publicæ Eruditorum censuræ & disquisitioni
exhibet.

GODFRID FIBIG Vratisl.

Sil. D. & P. P.

Ad diem 23. Septembr.

In Auditorio Jctorum.
horis consuetis



JENÆ

Literis STEINMANNIANIS
ANNO MDCXL.